IOANNES CASIMIRUS

Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ Liuoniæ, Smolensciæ, Czerniechouiæq, Nec non Suecorum, Gottorum, Vandalorumq Hæreditarius Rex.

Significamus prntibus lris Nostris Uniuersis & singulis quorum interest. Quia Nos habentes No[bis] commendatam integritatem erga Nos Honesti Alberti Placzek dicti S[u]os Sculteti Nostri de Villa Babice Capitaneatus Os[wiec]imensis in singulis Expeditionibus bellicis præstitorum, ad ulteriora obsequia [Nost]ra eum allicere volentes, omnia & singula Iura & Priuilegia eius Super dictam Scultetiam eidem Seruientia, quæ hic pro expr[essi]s habere volumus, confirmanda & approbanda esse duximus, prout quidem confirmamus, approbamus & ratificamus præsentibus literis Nostris, decernentes ea robur perpetuæ firmitati habere, Eaq ipsi & Successoribus eius ltimis videlicet Ioanni & Andreæ filiis eius seruire. In cuius rei fidem præsentes Manu Nostra sbscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum in Arce Nostra Cracouiensi die xvi Mensis Septembris. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Se[pt]imo Regnorum Nostrorum Poloniæ IX. Sueciæ vero X Anno.

[illegible]

Confirmatio Scultetiæ in Villa Babice Honesto Placzek & Successoribus eius.

Albertus Laskowski
Sacræ R. Mtis Secre
m.p.

Consignationis N.o 260

1896. IV. 59.